Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



ego gaudeo magno in illa
ciuitate. Vir autem quidam no-
mine Simon qui ante fuerat i
ciuitate magus seducens gen-
tem samarie dicens se esse ali-
quem magnum: cui auscultabant
omnes a minimo usque ad maximum
dicentes: hic est virtus dei que
vocatur magna. Attendebant at
eum: propter quod multo tempore magicis
suis dementasset eos. Cum vero
credidissent philippo euange-
lizanti de regno dei: in nomine
iesu xpi baptizabantur viri ac
mulieres. Tunc simon et ipse cre-
didit: et cum baptizatus esset
adherebat philippo. Videns et
signa et virtutes maximas fi-
eri stupens admirabatur. Cum
autem audissent apli qui erant
i iherosolimis. quia recepisset
samaria verbum dei: misi-
runt ad eos petrum et iohannem
qui cum venissent orauerunt pro
ipsis: ut acciperent spiritum sanctum
Nondum enim in quemquam illorum
supuenerat: sed baptizati tan-
tum in nomine domini iesu. Tunc
imponebant manus super illos
et accipiebant spiritum sanctum. Cum
vidisset autem simon quia per
impositionem manuum apostolorum da-
tur spiritus sanctus obtulit eis
pecuniam dicens. Date et mihi
hanc potestatem: ut cuicumque im-
posuero manus accipiat spi-
ritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum
pecunia tua tecum sit in perditionem
quoniam donum dei existimasti pe-
cunia possideri. Non est enim tibi
pars neque sors in sermone isto
Cor enim tuum non est rectum coram
deo. Penitentiam age ab hac
nequitia tua: et roga deum si forte
remittat tibi hoc cogitatum cordis
tui. In felle enim amaritudinis et
obligatione iniquitatis video te
esse. Respondens autem simon di-
xit. Precamini vos pro me ad do-
minum ut nihil veniat super me
horum que dixistis et illi quidem tes-
tificati et locuti verbum domi-
ni redibant iherosolimam: et multis
regionibus samaritanorum euan-
gelizabant angelus autem domi
locutus est ad philippum dicens
Surge: et vade contra meridiem
ad viam que descendit ab iheru-
salem in gazam: hec est de-
serta. Et surgens abiit et ecce
vir ethiops eunuchus potens
candacis: regine ethiopum. qui
erat super omnes gazas eius pe-
nerat adorare i iherusalem: et
reuertebatur sedens super currum
suum. Legebatque ysaiam prophetam
Dixit autem spiritus philippo ac
cede: et adiunge te ad currum istum
Accurrens autem philippus audi-
uit eum legentem ysaiam prophetam
et dixit. Putasne intelligis
que legis. Qui ait et quomodo
possum: si non aliquis ostenderit
mihi. Rogauitque philippum ut
ascenderet et sederet secum. lo-
cus autem scripture quam legebat
erat hic Tanquam ouis ad occi-
sionem ductus est. et sicut agnus
coram tondente se sine voce:
sic non aperuit os suum In hu-
militate iudicium eius sublatum
est Generationem eius quis e-
narrabit Quoniam tollitur de ter-
ra vita eius. Respondens autem
eunuchus philippo dixit. Obse-
cro te. de quo propheta dicit hoc
De se. an de aliquo alio. Aperi-
ens autem philippus os suum et inci-